Secunda radix inferior est abusus rerum nō naturaliū scilicet cibi ⁊ potꝰ: somni ⁊ vigilie: motus ⁊ q̄etis: inanitionis ⁊ repletionis accidentium anime: pariter ⁊ coitus. excessus nempe in cibo ⁊ potu fere omnium nūc temporis cōmuniter occurrentium egritudinum est causa. Quicqd namq̄ cibi aut potꝰ diminuto caloris naturalis dominio nō subijcitur penitus in egritudinis materias cōuertitur. Somni etiā multitudo corpus nimia humiditate replet: vigilia aūt nimia excessiue deficcat sic motus comparādus est vigilie ⁊ quies somno quibus suo modo cōparat inanitio ⁊ repletio. ianitio nāq̄ nimia plurimū calefacit eo ꝙ calor ꝑ ipsam ipsi humido humani, corporis nimiū dīnat ⁊ exiccat ex eo ꝙ humidū ratiōe excessiui caloris multum cōsumit nec ꝑ appositionē noui humidi restauratur pure. repletio nimia nimium infrigidat ⁊ humectat. infrigidat nāq̄ ꝙ calorem nostri corporis penit⁹ obtundit ⁊ suffocat: ⁊ humectat: ꝙ rōne paucitatis caloris humiditates corporis non cōsumunt. accidentia q̄z aie cuiusmodi sūt gaudium timor spes ⁊ desperatio vltima

alteratione humana corpora alterãt ⁊ in disponunt. Ait enī arnaldus de villa nova in suis areolis simpliciū medicinarum his verbis. Que medicina est plus cōfortans q̄ gaudiū: ⁊ q̄ plus calefaciēs q̄ ira: q̄ plus infrigidās q̄ tristicia: q̄ pl⁹ nutriēs q̄ bona spes: ⁊ q̄ plus interficiēs q̄ desperatio. Deinde coitus plus cunctis reb⁹ immutat corp⁹ supcalefaciendo in pricipio: finaliter nimiū infrigidādo: ⁊ cum hoc exsiccat. infrigidat nāq̄ p spirituū resolutiones ⁊ exiccat p humidi naturalis deperditionē. his oībus obuiare possumus incōmodis p administrationem rerū naturalium contrariarū dispositionū dispositionib⁹ p̄dictis. vt aeri corrupto remediandus est cū aere rectificato cū aromatib⁹ ⁊ ppie ad feditatem inclinantibus. sicut enī caliditas ⁊ humiditas sunt principia corruptiōis: sic frigidū ⁊ sic cum sunt principia cōservationis ab eadē fit itaq̄ hec rectificatio cū cāphora ⁊ aspersione aque rosate mixte aceto optimi vini ⁊ similiū. iguis etiā pcipue lignoꝝ rosmarini ⁊ iuniperi ⁊ in eoꝝ absentia lignorum pini aut saltē lignoꝝ quercuum mire huic obuiat indispositioni: ⁊ sic de ceteris p̄m eorum contraria contemplare.

Argumētū secūdi cap̄. tertie differētie.

¶ Secundū capitulū ostendit quomodo revolutio natiuitatis si constaret perito astrologo potest mīta mala impedire nato que sunt possibilia ei euenire vel de facto cuenient. que mala nō sunt necessaria sed contingentia cursu nature.

Circa presens capitulum est consideranda ppositio Ptholo. quito sui centiloquii cuꝰ sententa cōmenti. vnde ppositio talis est. Astrologus optim⁹ multū malū phibere pōt qō p̄m stellas venturū est cū eius naturā prescierit: sic enī p̄munier eū cui malum futurum est vt possit illud pati. ex hac ppositiōe trahitur illud vulgare. Sapiens dominabit astris. Nam vt declaratur ab haly in cōmento volente sententialiter q̄ illud malū celestis influētie nō est equale suscipiendū q̄ si aliquis sit dispositus a natura ex influētia corpoꝝ celestiū ad patiendū egritudinem calidā ⁊ siccam sapiens poterit preuidere illi corpori administrando illi corpori frigida ⁊ humida que disponent tale corpus. ita q̄ aut illud malū penitus annuller aut saltem influētiam illā tolerabilius moderabit. Et circa istā mat eriā declarandū est quid sit revolutio natiuitatis ⁊ quomodo ab astrologo intelligat. Unde in natiuitate cuiuslibet animati corporis dū nascitur notāt certū ⁊ ppriꝰ gradus celi sub quo gradu sol tunc incedit vel peragrat ⁊ tūc eadem hora ⁊ parte hore cōsiderat minutū tēporis diei naturalis dicte natiuitat. qua hora ⁊ minuto egredit infans de ventre matris illud instans ⁊ mēsura tp̄is dicit esse hora sue natiuitatis ⁊ ppie consideratur locus solis i celo vt verbi gratia. Si puer nascitur sole existente sub quarto gradu leonis ⁊ certo minuto eiusdē gradus ille locus solis dicit semp̄ q̄diuviuet esse gradus natiuitatis dicte. ⁊ dū sol sequēti anno venit ad eundē quartū gradū leonis ⁊ eiusdē minuti signi leonis dicit tunc esse revolutio dicte natiuitatis: ⁊ sic quolibet anno vite cōpletur ipsius nati vna revolutio solis que dicitur revolutio natiuitat⁹ sue: ⁊ tunc ad illā horā ⁊ numerū hore in qua sol reuertit ad illū locum pōt cōsiderari ascendens celi quolibet anno sicut factum fuit p̄o natiuitate: ⁊ considerāda sunt loca planetarum ⁊ alia requisita ad figurā celi ⁊ per ante hoc potest videri et debet q̄ consilia nō sunt de preteritis sed de futuris. Nam melius est puenire q̄ preueniri. Cuius rei exemplū habetur i libro Guidonis bonati de partibus italie p̄o ppie de forliuio qui suo tēpore magn⁹ fuit astrologus ⁊ tantus q̄ post ipsum nō fertur fuisse tantus citra mare de quo fit memoria. Ponit enī i quodam libro suo qui notabilis est liber inter astrologos q̄ tpe cuiusdā imperatoris romanoꝝ quivocabatur henricus a quo idē guido habebat omni anno stipendia morando in ciuitate bononien. ⁊ non in alemania vbi est curia imperatoris qui imperator habebat multos astrologos tam phisicos q̄ alios in domo ppria q̄ laborabāt p imperatore dando cōsilia ⁊ pueniendo periculis futuris intantū q̄ quodā anno laborauerūt p calculatione revolutionis natiuitat⁹ eiusdem imperatoris ⁊ fecerūt vniformiter illi de domo impatoris figurā celi cōsimilē sicut vnus fecit ita alter: ⁊ viderūt martez in eadē figura revolutiōis in angulo terre que est domus quarta celi subt⁹ terraz ⁊ ppenderūt martē tūc fore male influentie: ⁊ hoc videbāt per aliquos mēses ante horā revolutionis natiuitatis ⁊ iudicauerunt in descensu practico imperatorē eodem āno pati debere febres calidas de natura martis ⁊ in ista opinione cōuenerūt oēs astrologi de domo impatoris: guido vero bonati existēs ibidē habebat figurā natiuitatis imperatoris ⁊ laborabat p̄o imperatore ad iudiciū revolutionis natiuitatis ⁊ fecit figurā p ante revolutionem natiuitatis imperatoris: ⁊ reperit martez venturū ad quartā domū celi ⁊ tunc eum esse maliuole influentie: ⁊ descendēdo ad iudiciū practicū non iudicauit febres calidas ex natura martis imperatori infligēdas sed venenum ministrandū imperatori ad eius interficiendū: ⁊ ante imperator miserat eidem guidoni iudiciū cum celi figura astrologorum in curia sua existentiū cōsuluit igitur guido per scriptū imperatori si qui habentes aut mutua colloquia secreta ⁊ hincinde reperti mutuo cōuenientes in curia sua deprehenderentur aut si qui coquinam non deputati accederēt q̄ vni certissimo ⁊ fidelissimo sue curie id exequendum cōmitteret: cuius negocij executio ⁊ sollicitudo ab imperatore cōmissa est magistro hospitij: qui sollicitus existēs in expeditione cōmissi operis repperit duos milites curie imperatoris esse illarū cōditionum tactarū. sepe enī in secreto mutua habebāt vltra solitū colloquia: ⁊ cū coruz non interesset coquinā intrare sepius peruenerunt introitū in eandē. vnde ipsos magister hospitij cepit ⁊ carceri⁹ mancipauit. vnde horū militū vno iohāne frācisci noiato nequaq̄ crimē patrationis nephā de fateri volente pluries tñ supplicio corporis torto p̄ industriā inuenerūt iusticie executores quatinus litterā cōfessionalez noie dicti iohānis francisci facerēt quā et fecerūt ⁊ socio ei⁹ monstrauerūt: quavisa ille secūdus miles retulit hec verba. Predictor ille prim⁹ fuit cōsentiens in hoc patrocinatiōis seu patrationis nephas: me semp̄ illi maledicto operi renitente: quib⁹ vbis auditis executores iusticie pposituz habuerūt ⁊ ipsos velut guido ex astrorum scientia p̄cognouit intentionē potionādi imperatorē reppererūt. quare ipsi secrete punitionis sententiā inierūt: ⁊ hoc ne imperatoris curia aliqualis infamie notāvideretur incurrere. aliter eteñ grauiorē iusticie sententiā incurrissent. Et q̄ titul⁹ loquitur de revolutione natiuitatis cui⁹ natiuitatis hora ⁊ gradus celi ignorat: ideo ponēda est hic practica p̄m sniam Ptholo. in quadripartito sup hora nō certa estimatam p̄m verisimilē coniecturā esse horam temporis natiuitatis cui⁹ practice duplex est fundamentum. primū est q̄ super hora incerta equentur domus celi modo p̄cisiori quo fieri possibile est ⁊ planetis positis in suis locis inquirendus est planeta qui fortior extitit in figura facta super locum cōiunctiōis aut oppositiōis luminarium p̄cedentis dictā natiuitatē quo fortiori planeta inuento debem⁹ considerare locū illi⁹ planete in figura natiuitatis estimate quot gra. ⁊ quot minu. ipse pertransiuit signi in quo est eiusdem natiuitatis tpe: tunc habeatur hoc p̄ fundamento q̄ planeta q̄ fuerit fortior hora cōiunctiōis vel oppositiōis ponat in tali gradu illius signi in quo fuit natiuitas estimata in q̄to

fuit repertus in aliquo signo. verbigratia
si fuit cōiunctio luminariū p̄cedēs aliquā
natiuitatē in ārto gradu capricorni mars
ibidē in loco cōiunctionis est ibi fortior: ⁊ p
cōsequēs dñs. videdū est vltra q̄tū mars
pambulauit in signo suo in quo reperitur
hora natiuitat⁊ ⁊ dēt exēpli gratia q̄ mars
pambulauit. 6. gra. ♑. minu. leonis. est er
go mars hora natiuitat⁊ in fine. 7. gra. leo
nis. habebis hoc p primo fundamēto q̄
planeta qui est fortior ceteris in loco con
iunctiōis hora cōiunctionis pambulauit
seu inuenitur hora natiuitatis in. 7. gra.
signi in quo est dicta hora natiuitatis nō
hora cōiunctiōis vel p̄uentionis sed nati
uitatis ⁊ hoc est primum fundamentum.
Secundū fundamentū huⁱ⁹ inquisitiōis
veri gra. ascēdēn. alicuius natiuitat⁊ et de
facto practicatū est tale: cōsiderari debet
figura celi facta estiatione p̄piquiori mō
quo fieri potuit ad inquirendū ascendēn.
natiuitatis ⁊ videri in qua p̄te celi est ille
planeta qui fuit fortior in loco cōiunctio
nis ⁊ hora cōiūctōis ⁊ cui duor⁹ angulor⁹
scz ascēdēn. ⁊ medū celi sit ipse planeta p̄
pinquior. Ut exēpli gratia sit ipe mars in
uentus sm̄ figurā estimatiuā p̄pinquior
angulo. 10 dom⁹. ergo. 7. gra. signi estima
tur p̄incipiū. 10. domus: ⁊ si ipse planeta
esset inuētus i hora natiuitatis p̄piquior
angulo ascendēn. formarek tota figura ce
li sic q̄ septimus gradus signi estimatiui
esset ascēdēn. ita q̄ de. 30. gra. alicui⁹ signi
qui oēs sunt dubitati in p̄incipio opera
tionis aut p̄pter defectū horologior⁹ aut
indiligentiā illor⁹ qui debebāt aduertere
ad p̄ctū horę natiuitatis reperit̄ per istā
viā vnus ⁊ p̄pius ⁊ indubitatus p̄ fortī
tudinem loci cōiunctionis vel oppositōis
⁊ p̄ p̄pinquitatē eiusdē planete duor⁹ an
gulorum hora natiuitatis. Et ad plenius
declarandū ponit̄ aliud exēplū. Sfuit p̄sen
tata de facto quedā natiuitas que natiui
tas fuit anno fluente dñi. 1381. completis.
26. dieb⁹ februarij. 21. hora die mercurij q̄
fuit. 27. februa. hora iouis ⁊ facta fuit fi

gura cōiunctionis solis ⁊ lune immedia
te p̄cedētis hāc natiuitatē q̄ p̄iunctio fuit
in piscibus. 1♓. gra. 16. minu. ⁊ ibidē venus
extitit fortior habēdo triplicitatē ⁊ exalta
tionē in loco cōiunctionis ⁊ hora natiui
tatis p̄dicte estimate venus fuit in. 2. gra
du. 12. minu. aquarij. ſ. in. 3. gra. aquarij p̄
pe angulum medij celi. fuit ergo sic p̄ce
sum via artis sequendo viā nature q̄ ter
tius gradus aquarij fuit repertus initius
io. dom⁹ ⁊. 22. minu. eiusdē. 3. gra. q̄ venus
hora natiuitatis fuit inuenta p̄ope angu
lum medij celi: immo in cuspide anguli ⁊
si figura celi contineret plenā veritatē. 12.
minu. 3. gra. aquarij esset p̄incipiū. 10. do
mus: sed cōpositores tabularū nō potue
runt ad tantas deuenire fractiones: ideo
sufficit posterior⁹ artistis q̄ d̄. 10. minu.
non est vis magna in opere. Et est hic no
tandū q̄ aliam practicā ponit. Ptholo. in
suo centiloquio v̄bo. 51. locus lune in ip̄a
natiuitate est gra. ascendēn. de circulo ho
ra casus spermatis ⁊ locus lune hora ca
sus spermatis est gra. ascendēn. hora na
tiuitatis. ¶ Et est notanduz q̄ circa hoc
triplex est mora puerorū tēporis in vēri
bus matruz videlicet maior mora: media
mora: ⁊ minor. Mora maior est. 284. dies
rum. Media mora est. 273. dierum. Mi
nor vero mora est. 258. dierum cū aliquib
bus horis ⁊ minutis horarū a casu sper
matis vsq̄ ad horā natiuitatis q̄ tēpus
dicitur breuius fieri circa octo mēses quo
ad natiuitates hoīm. ⁊ hec doctrīa Ptho
lo. traditā hic in centiloquio securior est q̄
alia doctrina de quadripartito eiusdem
ptholo. in querendo ammodar natiuita
tis per multiplicationem dignitatū essen
tialium planete fortioris in loco coniun
ctionis vel oppositionis lune immediate
precedentis ⁊ hec via operandi est facilis
or habentibus vera planetarum loca ad
magnum tempus ⁊ expedit astrologo et
magnum tempus ⁊ expedit astrologo et
mane est via generalis in cūctis speciēb⁹
animaliū siue ad tres mēses siue ad mai⁹

siue ad min⁹. ista est regula generalis sic
certa q̄ nō fallit nisi cēt aborsiuū q̄ semp
ille locus de circulo none sphere sub quo
est luna hora casus spermatis est gradus
celi ascendēn. in contactu orien. hora eius
dem natiuitatis cuiuscūq̄ animalis qua
hora egredit̄ ab vtero matris: ⁊ sic reuer
tendo doctrinalit̄ ad natiuitates hoīm p
horā natiuitatis pōt scīri hora generatio
nis et mora fet⁹ in vtero matris ⁊ mīta
alia accidentia circa p̄sentem materiam
Et circa hanc materiā est vlterius sciēdū
q̄ scita natiuitate alicuius ⁊ habito gra.
ascendēn. ⁊ aliis domibus ad clima tuuz
vel tuū meridianū multa poteris iudica
re in reuolutionib⁹ annor⁹ de accidēn. cō
tingen. nato vt puta si veniret eclipsis so
lis vel lune in gra. ascendēn. nati vel pro
pe ad duos vel tres gra. antecrit in pīcu
lo nat⁹ ne infra dimidiū annū vel citius
aliq̄d horrenduz eueniat ei in corpore: et
fortis si fit eclipsis solis in angulo ascen
dēn. scz in cuspide ad tot gra. sicut dictuz
est: ⁊ si sit post nō erit adeo p̄nicios um ac
cedens est tamen in periculo. dicit etiam
de marte idem ⁊ de saturno sed non tātū
si in reuolutiōib⁹ annor⁹ veniant ad gra.
ascendēn. vel p̄pe sicut dictū est maxime
si fuerint infortunati retrogradi vel ꝓbu
sti. etiā multa alia possunt deduci ad istā
materiā de ascendēn. nati et de reuolutio
nib⁹ annor⁹ vt si applicuerit finis ascen
dēn. natiuitatis alicui⁹ ad domos malas
imminet sup̄ dedecora ⁊ malā famā ⁊ plus
si in domo illa mala fuerit planeta mal⁹.
⁊ he ad p̄positū sunt domus male de an
gulis. 4. ⁊. 7. de post angulos. 6. 8. ⁊. 12.
⁊ bone sunt ascen. ♑. 10. ⁊. 11. ⁊ cetere sunt
neutrales q̄ si in his bonis domibus fue
rit bonus planeta augebit bonā famā ⁊
honorē sed si in bonis domib⁹ fuerit ma
lus planeta et in malis domib⁹ bon⁹ erit
res mixta.

Argumentū tertij cap̄. tertie d̄rie.

¶ Tertiū cap̄lm huⁱ⁹ tertie d̄rie q̄ reuo
lutio natiuitatis ⁊ hora natiuitat⁊ cōter

ignoratur: ideo ostendit qualit̄ p̄nosticat
sup̄ cura infirmor⁹ p̄ questionem aut p̄
aggressum infirmitatis considerādo et
inquirendo tū cinfluentiam celi.

Via vt dictū est reuolutio natiuitatis cōi
ter ignorat ⁊ quandoq̄ dies mensis annus ⁊ hora
⁊ si annus sciatur non p̄pt̄ hoc aliq̄n mē
sis vel dies ⁊ per q̄ns hora ignorat ideo
astrologi antiq̄ venīdo ad curaz infirmo
rū habuerūt aliter p̄nosticare ⁊ p̄uide
re remedio iuxta posse ⁊ hoc per duplicē
viā. Et prima via est aggressio infirmitat⁊
considerando horam ⁊ punctum horę in
q̄ infirmitas inuasit egrū ⁊ q̄ potest h̄re
certitudinaliter p̄ncipium aggressus in
firmitatis multa pōt p̄dicere de ip̄a infir
mitate ⁊ de remedijs opportunis ⁊ videre
si infirmitas sit curabilis an non ⁊ aliq̄n
est deceptio ex p̄te egri: q⁊ ip̄e dicit p̄nci
piū sue egritudis in aliqua hora vt puta
in hora post̄ mediam noctem ⁊ p̄ncipi
um aggressus infirmitatis fuit ad duas
vel tres horas ante: q⁊ eger cōsiderat ho
ram in q̄ incepit vinci a morbo ⁊ p̄ prius
fuit aggressus scz q̄n fuit facta p̄ma mo
tio infirmitatis ⁊ hoc notetur diligenter
Et sup̄ tali p̄ncipio debet fieri figura celi
q̄ figura ⁊ dispositio celi oñdit mortē vel
vitā egri: ⁊. hoc intellige de q̄cūq̄ specie
egritudinis videre: ⁊ si infirmitas sit lon
ga⁹ vel breuis ⁊ si nō bene habeb̄ p̄ncipi
um aggressus infirmitatis totū iudicium
deficiet ⁊ videbit̄ astrolog⁹ deficere ⁊ nō
est defect⁹ ei⁹ sed egri male recitant⁊ p̄n
cipiū egritudinis. si vo bñ h̄eat p̄ncipium
aggressus infirmitatis ⁊ p̄quirat ad eam
de horā dispositio celi ista via est securior
p̄cedendi ad iudiciū q̄ p̄ a via q̄ fit p̄ q̄stio
nē. Scda igit̄ via talis esse dinoscit̄ veniet
ad astrologū nūci⁹ p̄ infirmo ⁊ p̄ponet q̄
stionē de cura infirmi: tūc astrolog⁹ p̄fide
rabit diligenter horā p̄sentatiōis nūcij ⁊ q̄
stionis ⁊ applicationis nuncij eum scīz

astrologum ⁊ pquiret astrologus ad eandē horam ⁊ punctum horę p horologiuz bene ordinatum vel per instrumēta astrologica si sol luceat: aut de nocte per eleuationē stellarū visibiliū astrologo notarum horā ⁊ punctum horę ⁊ videat ordinationē celi duodeci domorum ⁊ planetarū quēlibet planetam locando in loco pprio. ¶Et hic nota de questione q̄ questio fundat in istis pncipijs influētia celi mouet querentem ⁊ disponit in illa hora citius q̄ in alia ad querendū. disponit quoq̄ astrologū cui queritur ad ipaz questionem capiendam: ⁊ sic vi quadā influentiali celi voluntates querentis ⁊ ei⁹ cui queritur quodāmodo vniuntur. Si diceres questio cadit sub arbitrio querentis ergo non cadit sub influentia celi. ad qđ dicit sm dictum leopaldi q̄ est ¶Rubrica tractatus. ℣. de questionibus. et est hūana ydiotio interim amor instinctu celestium corpor̄ imitari naturā ⁊ ordinē non desistit ⁊ ob hoc q̄le est in circulo tale est in aio. quia vult⁹ huius seculi subiecti sunt vultibus celestibus iuxta verbum. 9. ptholo. in suo centiloquio: ⁊ ideo q̄stionū responsio rata est. et debz questio ppie illa que debet fieri de rebus arduis esse radicalis .i. spacio. 24. horarū in mente querentis radicata: ⁊ addunt quidam cum confidentia querentis de veritate responsionis ab astrologo obtinenda sed fortasse non tantum in questionibus egritudinum egebimus cerimonijs. Huius rei veritatem approbat guido bonati videlicet q̄ questio fit radicata sic dicens. ¶Modus querendi est inuocato nomine dei ⁊ questione habita per diem ⁊ noctem in mente accedat intentione veraci ad astrologuz: ⁊ postea ipse addit ea que sequunt̄ que notentur suis locis. ¶Expertus sum pluries ⁊ inueni verum quando hora interrogationis finem alicuius signi inueni in linea orientali scz q̄ ascendens fuit inter finem vni⁹ signi ⁊ pncipium alterius signi, dicebaz q̄ querens non querebat ex intentiōe aut q̄ querebat causa temptādi. Alio modo potest astrologus errare: vt si dominus ascendentis ⁊ dominus horę non fuerint idem vel non fuerint eiusdem triplicitatis vel non sint eiusdem cōplexionis cum ascendente. si enim ita inueneris nō erit questio radicalis. ¶Hec expertus sum multotiens quoniam res erit sm qualitatem sollicitudinis interrogantis ⁊ sm q̄ ipse venerit ad te sub necessitate quasi tristis aut cogitans aut sicut sperans q̄ tu possis ⁊ scias respondere ei veritatē ad questionem suaz illum enim potes aspicere secure. ⁊ dicit idem pauloante si equales fuerint fortūe ⁊ infortune tūc astrolog⁹ nō dz recipere aliquā q̄stionē ⁊ dicit ideo sm messehalac q̄ astrolog⁹ non dz aspicere sibijpsi ne forte decipiat̄ in re sua q̄nti vir fiet quin ipe habebit remorsuz de ascendente. Vñ oportet q̄ interroget aliū astrologū aut det questionē suā alteri vel scripto vel sine scripto tali videlz q̄ sit sollicitus de re sua ⁊ q̄ ille porrigat eā sibijpse suo motu quando voluerit vel ponat in mēte sua dicens q̄n occurrerit mihi tale signum sit p ascendēte questionis quā facere intendo p me. Et nota circa hoc q̄ aliq̄n potest esse defectus q̄ accidit ex parte querētis si veniat tentatiue vel derisorie: ⁊ circa hoc considera si luna sit in fine signoz ⁊ maxime signorū cōmuniū aut dupliciū corporū qđ idem est seu mobiliū. Caueat astrolog⁹ quia cōmunit̄ q̄ venit ad eū ⁊ ei applicatur ad querendū cōmuniter venit ad decipiendū ⁊ tēptandū ⁊ iste defect⁹ est ex parte malicie querentis. Alter defect⁹ pōt esse ex parte influentie celi. ⁊ illum tradit ptholome⁹ in centiloquio verbo 14. sic inquiēs. ¶Quantuscunq̄ erroz astrologi sit septima dom⁹ celi ⁊ ei⁹ dñs fuerit ipedit⁹ ⁊ subdit in cōmento cū sit ascendēs ⁊ ei⁹ dñs significatores interrogātis septia ⁊ ei⁹ dñs erūt significatores rei quesite: cū igit̄ infortunati fuerint significāt malicia quā cōsequit̄ astrolog⁹ in re illa p quā interrogat̄: ⁊ pma ps ē ꝙ

fiat erroz illi requisita. astrologi vero indiq̄n infortunati fuerūt septima ⁊ ei⁹ dñs interrogationē differebāt ⁊ loqui de illa hora erroris. Alius defectus est ex parte astrologi imperiti in scientia astroz q̄ est defectus maior ⁊ cōmunior: cū multi nempe ignorantes principia astrologie se astrologos faciunt ⁊ hi si quid iudicēt a casu iudicant ⁊ eisdē plerumq̄ erroz cōtigit ⁊ nimirum cū vnicuiq̄ inerudito et in sua sentētia inexperto idipsum frequētissime contingere videatur. Preter istas tresvias potest astrologus decipi si sit nimis affectatus ad aliquā partē non prosequendo veritatem: vt tangit ptholome⁹ in centiloquio verbo duodecimo sic dicēs. Animoz ⁊ odiū remouēt hominē a rectitudine. magnanimus quipendit magna sed pusillanimus magnificat parua: ⁊ est eq̄litas inter vtrūq̄: cuius verbi cōmētū est tale. duas esse infirmitates anime a pbis deprehensum est a bona rei discutione illam prohibentes. Parcunt em̄ pro amore rebus multis quas scrutari debent et scrutanē cum odio qđ nunq̄ perficietur propter malam significationem. ob hoc aūt phisicis ⁊ astrologis a grecoz regibus donatiua dabant̄: vt eorum rata eēnt iudicia ⁊ non timerent aliquos ⁊ remouerentur eorum sollicitudines ⁊ ne dignitas honor vel diuitie eos a via auerterēt rectitudinū ⁊ magnanimus non discutit magna sed preterit propter suam animositatē. pusillanimus vero animū imbecillē signat: ⁊ ille versatur circa minima: ita vt longa eius cōtentio cum a maioribus impediat: animus vero cōmendat̄ in omni scientia q̄ medi⁹ est inter has vtrasq̄ naturas: ⁊ ad hec multuz valet discretio horę planetarum: nam si querens applicetur astrologo in hora planete maliuoli vt puta saturni aut martis suspitio potius est ad malum q̄ ad bonū ⁊ maxime si planeta maliuol⁹ sit aliūde ipeditus ⁊ retrogradꝰ aut cōbust⁹ aut in casu suo vel cadens ab angl̄is: ⁊ hoc intelligendū est ēt de applicatione cuiuscūq̄ ex parte alicui⁹ egroti tamē siue vrinā deferentis aut de ipso egro querere volentis non etiam visa vrina sit spicio est ad malum egroti. licet non sit testimoniu m.

Argumentū quarti cap̃. tertie dñe.

¶Cap̃m quartū est de declaratione domoz celi q̄ ostendunt influentiam super egro ⁊ medico ⁊ medicinis ac natura infirmitatis.

Circa materiam et inquisitionem domoruz celi que pertinent ad egruz ⁊ ad medicum ⁊ ad alia q̄ sunt de factis medicoruz ac de natura infirmitatis. Sciendum sequendo Arnaldū de villa noua qui videtur loqui in ista materia magis propie ⁊ clare ⁊ copiosi⁹ q̄ antiqui astrologi. Ipe enim notat q̄tuor domos celi ad propositum: videlicet primā que dicit̄ ascendens: ⁊ angulum medij celi que dicitur .io. ⁊ sextam ⁊ quartā domū celi que dicit̄ angul⁹ terre. Et circa istas quattuor domos ipse ꝓsiderat ea q̄ accidūt infirmis ⁊ eis accidere possunt. Nam prima domus que est ascendens ⁊ eius dominus assignatur egro domus .io. celi assignatur medico. sexta domus assignatur infirmitati. quarta medicinis et apothecarijs ⁊ quibuscunq̄ seruitoribus infirmoruz: excipiendo medicum qui pro se habet. io. domum. Et sensus est iste. si prima domus que est ascendens habuerit bonos planetas sub se et bene fortunatos q̄ non sint retrogradi nec cōbusti aut quomodolibet aliter infortunati eger erit boni regimiuis ⁊ obtēperabit .i. obediet medico ⁊ amicis ⁊ suis seruitoribus ⁊ iuuabit se ad curam q̄tum poterit. si vero in ascendēn. sit malus vel infortunatus patiēs sibijpsi nocebit ⁊ erit mali regiminis et inobedieus suis rectoribus. Sed vero in decima domo que signi ficat medicū sit mal⁹ vel infortunat⁹ planeta medicina nō pficiet egro: ⁊ cū b dab

ro q̄ bene faciet medicus incriminabilē a vulgo de opere ⁊ dicramine suo circa dictū infirmū dicendo q̄ ei⁹ culpa eger nō posuit subleuari dato q̄nō sit culpa medici: vt puta si infirmitas est ad mortē vt est sepe: et pōt cognosci per aggressum infirmitatis bene habitum aut p̄ questionem veracem vt exēpli gr̄a tangēdo vnū inconueniens. si dñs ascēn. figure celi coniūgatur dño mortis sine receptione et multe sunt alie vie de quib⁹ dicetur suo loco.

¶ Sexta dom⁹ celi et dñs eius oñdunt infirmitatē ⁊ causam infirmitatis: vt exēpli gratia si sexta dom⁹ sit ♉ signo terreo ostendit cāz infirmitat̄ ex frigiditate: ⁊ sit mulia ⁊ morb⁹ mulieris: si de signo aereo significat egritudinē eē ex caliditate ⁊ humiditate ⁊ p̄ ꝓñs ex sanguine ⁊ ex morb⁹ sanguinis si sit de signo aqueo significat causaz infirmitat̄ esse ex frigiditate ⁊ humiditate ⁊ p̄ ꝓñs ex fleumate et ex morbis fleumaticis. si vero sit de signo igneo significat cām infirmitatis esse de caliditate ⁊ siccitate ⁊ p̄ ꝓñs ex colera ⁊ ex morbis colericis: ⁊ si malus planeta vel infortunatus sit in ea significat egritudinē ad malū determinari debere vel saltem mali ciam illi⁹ morbi designat. ¶ Quarta autem dom⁹ et dñs eius significat medicinam. si igit̄ ipa impedita fuerit p̄ plentiā mali planete in ea aut ipe diti significat q̄ aut medicina talis est ex rebus nimis antiquis aut non valentibus ꝓpositis. aut q̄vel ab apothecario cōburent̄ aut aliter indebite p̄parent̄: aut q̄ ab ipis ministrātibus ipi egro indebite ministrabuntur. Et de dñs predictarū domoz intelligendū q̄ si mali aut impediti fuerint suspitionem mali dant p̄ exigentiam ipsarum dictarū domoz. ¶ Considerandū tñ circa dicta q̄ videt̄ prima facie esse cōtrouersia inter ptholomeū ⁊ arnaldū de villa noua de domo significante sup medico: vnde sn̄ia arnaldi de villanoua nūc recitata est sed sn̄ia ptholomei in centiloquio verbo ℣. est q̄ si ℣. domus ⁊ domin⁹ eius sint impediti significat errorē ⁊ turbationem medici circa curā infirmi. sic enīz inquit. Cum fuerit ♄. et eius dominus impediti remoue medicū ab egro et vult comentū q̄ cum dom⁹. ♄. ⁊ eius domin⁹ sunt impediti significat errorem ⁊ turbationem medici erga curam egri. Sententia autē arnaldi videtur rationabilior ⁊ magis declarara: ⁊ itellige omnia dicta hec de hora questionis vel de hora muationis egritudinis de hora aūt mātionis principalius sunt intelligenda. Concordari autez p̄nt hi doctores hoc modo: q̄ ptholomeus. vult q̄. ♄. et eius dominus iudicant p̄fectum quem medicus faciet infirmo q̄ si fuerit impedita et dñs eius medic⁹ turbabitur nec videbit vt consueuit in opere sed si sit bonus planeta in ♄. vel domin⁹ eius cum bono aspectu ad dominuz ascēden. p̄ficier medicus egro: sed decima et eius dominus ostendūt iudicium medici et declarant diligentiam scientiam vel ignorantiam ⁊ famam medici quam acq̄ret erga vulgus et fortunam adiutorij a cursu celesti casu vel fortuna seu arte si ars ad eius regimen cōcurrat: quia si fuit infortunati medicus inculpabitur ⁊ criminabitur iuste vel iniuste si sit oppositū laudabitur ipse. ¶ Ex duobus modis supradictis sumendi ascendens et constituendi domos celestes p̄o iudicio egritudinum possunt addi duo modi minus principales. Primus est considerare horam applicationis nūcij ex parte egri requirentis medicum ad curam vel portantis ei vrinam. Secundus est considerare horam applicationis medici ad egrū: et hic est notandum q̄ si dominus sexte dom⁹ sit retrogradus vel combustus vel in domo mortis̄ comunctus marti vl̄ saturno et sine receptione sez cum non recipitur dominus sexte a domino dominus mortis est signum mali. Et hic nota q̄ē differentia inter signum mali et signum mortis q̄ signum mali non semper arguit mortem sed tamen quandocunq̄ vnum signum

mali potest significare mortē qñ est multū potens et non sunt testimonia sanitatis ad oppositū mali ꝺ p̄muni cursu duo vel tria signa mali p̄m eoz fortitudinem possunt arguere mortem velut late declarabitur in capitulo sequenti.

¶ Itē sciēdū q̄ si sexta dom⁹ sit de signo fixo significat longitudinē egritudinis. si de mobili significat abbreuiationē. si cōe sit significat dr̄iam: p̄o quo cōsiderandū est q̄ si. io. gra. p̄cedentis signi de duobus signis cōstituētibus domū sint de domo aliqua tunc tota domus est ab illo signo denoīanda. si vero tres aut quattuor essent p̄incipiuz domus tunc dom⁹ non esset denominanda ab illo signo p̄imo: sz a sequēt̄: verbi gratia dek̄ q̄ io. gra. vl̄ ad huc. 9. gra. tauri essent p̄incipiū sexte domus tota dom⁹ p̄incipaliter denoīaret̄ a tauro: ⁊ sic de alijs domibus. si vero nō essent nisi tres aut quattuor gra. sexte domus non denoīaretur a tauro: imo a sequēte signo sez ageminis. Item intelligēdū est q̄ si saturnus sit dñs sexte domus infirmitas debet esse plixior: q̄ si mercurius vel venus vel luna haberent dominiū sexte dom⁹ q̄ mobiliores sunt q̄ saturn⁹ Ita q̄ tarditas motus planete seu velocitas que duplex est considerāda in hac materia. prima est qua videlicet vn⁹ planeta tardior est altero in suo motu vt saturn⁹ tardior est alijs: ⁊ scōa superi⁹ est declarata qñ videz planeta minus mouet̄ in die naturali suo medio motu. Et q̄ non sufficit ad cōplementū huius tractatus tangere solum domos accidentales celi q̄ faciunt ad declarationē infirmitatū: sz etiā expedit aliq̄d scribere gn̄alit̄ de. 12. domibus celi et de significationibus earuz. iō paucis percurram.

¶ Prima dom⁹ i cuius initiū oritur i circulo hemisp̄herij orientalis vocatur acalie. i. ascendens ⁊ hec significat corpora ⁊ vitam ⁊ initia operationū de interrogationibus sez oīone locutione ⁊ rumoribus ⁊ quicq̄d cogitat in aio suo interrogans ⁊ significat initium vite in natiuitate: q̄ dominus triplicitatis ascendentis. p̄im⁹ signat vitam et naturas nati seu interrogantis et eius delectationes seu voluptates et quid diligat ⁊ quid odio habeat et quid boni seu mali esse iueniet initio vite sue ⁊ dñs triplicitatis sc̄ds significat vitā ⁊ corpus ⁊ virtutem seu fortitudinē ⁊ medietatem vite: ⁊ dñs triplicitatis tertius significat id qd̄ sui socij significauerūt ⁊ significat finem vite. ¶ Itē prima dom⁹ significat querentē vel p̄o quo est questio et generaliter agentez ⁊ significat prima domus initium corporis ⁊ vite.

¶ Secunda domus est domus subez ⁊ victus ⁊ ministroz̄ ⁊ finē annoz̄ vite significat idest finem iuuentutis. de dominis triplicitatis domus subē: de p̄imo sez secundo ⁊ tertio vide quis eoz̄ sit fortis esse ⁊ hunc facies merito auctorē subē ⁊ significatorem acquisitionis eius: q̄ si fuerit i medio celi inueniet hāc a rege vel a p̄incipe vel ab hoīe magne auctoritat̄ ⁊ si fuerit in domo fidei erit melius. similiter dominus triplicitatis p̄im⁹ dat substantiam in initio vite secūdus in medio ⁊ tertius in fine eius. ¶ Item secūda domus est census ⁊ mercationum subē ⁊ victus vt predictum est.

¶ Tertia domus est domus fratrū sororū p̄pinquoz̄ ⁊ dilectoz̄ fidei ⁊ religionis mādatoz̄ legatoz̄ mutationū itinerū minoz̄ significat eē vite añ mortē. dñs triplicitatis domus fratrū p̄imo significat fratres maiores: secūdus medios: tertius minores. eritq̄ eoz̄ dignitas ⁊ eoz̄ esse p̄m loca eoz̄. ¶ Item tertia dom⁹ est auxilij ep̄larum ⁊ nunciorum: ⁊ est fratrum ⁊ sororum vt dictum est.

¶ Quarta dom⁹ est patrū ⁊ hereditatū finis rerū et thesauroz̄ ⁊ oīm absconditoz̄ ⁊ occultoz̄ ⁊ significat de esse vite ꝺ: si nē dñs triplicitatis dom⁹ patrū p̄imus significat patres. scōs significat ciuitates ⁊ terras. tertius fines rerū ⁊ carceres. ¶ Item quarta dom⁹ significat finē que

stionis et locum: ⁊ domus patrū matruz et hereditatū vt tactum est.

¶ Quinta ē dom⁹ filioz ⁊ delectationū ac donationū. ⁊ significat quid sit futurū post mortē ex laude vel vituperatiōe. dns triplicitatis domus filiorū. ꝑmus filios significat ⁊ vitā. scds delectationez. tertiꝰ legatos. ¶ Jtē quinta dom⁹ ē gaudij et legatoz vestimētorū ciboz ⁊ donationū.

¶ Sexa domus est dom⁹ infirmitatum ⁊ seruoꝝ significat finem vite et quid futurū sit ante senectutez. dns triplicitatis domus infirmitatū. primus significat infirmitatē et qualitudines seu languores ab infirmitatib⁹ ⁊ malis. scds significat vernaculos ⁊ seruos. tertiꝰ quid inueniet ex eis ⁊ eorum vtilitatem ⁊ opera: ⁊ est significatiuꝰ bestiarū ⁊ pecorū omniūq; q̄drupedum ac fortitudinis eorū multitudinis et paucitatis eorū moribus in manu eius vl' aggressionis ⁊ illoꝝ ab eo careres quoq; a c detentiones. ¶ Jtē sexta domus est periculi laboris ⁊ tristitie infirmitatum et sanitatum.

¶ Septima domus est domus mulieꝝ nuptiarū cōtentionū participationū ⁊ significat mediū finis vite erga senectutez dns triplicitatis dom⁹ nuptiarum. primꝰ significat mulieres secundus cōtentiones tertius comestiones ⁊ ꝓticipationes.

¶ Jtem septima domus est patientis vt si castruz esset obsessum. prima domus significat inuadentē. quarta locū seu castrū ⁊ septima illos qui sunt obsessi in castro. Jtē significat furē fugientem ⁊ exulem.

¶ Octaua dom⁹ est mortis ⁊ significat timorē et mortem atq; almanerich. i. substantias ⁊ hereditates mortuorum quas deberent heredes habere post mortē eoz ⁊ significat annorū finē vite post senectutem. dns triplicitatis domus mortis. primus significat mortem scds preceptum vel res antiqs. tertiꝰ almanerich. i. q̄ hereditāda sūt a mortuis sicut superiꝰ dixim⁹

¶ Jtē octaua dom⁹ significat bella bellicos clictes: auxiliatores: callidit⁹: q̄stū

¶ Nona domus ē domus peregrinatiōnū et itinerū maiorum fidei ⁊ religionis sapientie ꝑbie librorum epl'aꝝ legatoruz narrationū ⁊ somniorū ⁊ significat diuinū vite. dns triplicitatis domus pegrinationis. primꝰ significat pegrinationem ⁊ omne qđ accidit ei. ⁊ scds significat fidez ⁊ religionem ⁊ valitudinem hanc atq; modū tertius est significator sapientie somniorum stellarū auguriorum ac veritatū eorū scz exist̄tiū in eis ac mendacij.

¶ Jtem nona dom⁹ significat ecclesias ꝑbendas epl'as legatos pecunias studia somnia sciam ⁊ electiones fiendas.

¶ Decima dom⁹ est dom⁹ regia ⁊ operū sublimationis ac exaltatiōis regni ⁊ mei morie ⁊ vocis. s. imperū ⁊ magisteriorum ac matrū: ⁊ significat dimidiū annorū vite. dns triplicitatis domus regie. primꝰ significat op⁹ ⁊ exaltatiōes. i. sedē sublimationē ⁊ māsionē altissimā. scds voces imperij ⁊ audaciā in eadē. tertius stabilitatē ei⁹ ⁊ durabilitatē. ¶ Jtē decima dom⁹ significat artes hoīm ⁊ eoꝝ magisteria ac dua negocia subiam furtim sublatā et infidias habitationes nobiliū ⁊ alta loca.

¶ Undecima domus est domus fiducie fortune lauđ amicoꝝ ministroꝝ et auxiliatoꝝ et significat finem annorum medietatis vite ⁊ post medietatem vite dns triplicitatis domus fiducie. primꝰ significat fiduciā. scds amicos. tertius vtilitatē seu profectus eorum.

¶ Jtem vndecima dom⁹ est dom⁹ fortune amici et amice subam regis significat redditus et tributa regis ⁊ principis: q̄ est scda dom⁹ a domo regia et significat virū regi succedentem milites vel pedites post aliquam potestatē scdaz ⁊ omnes in quo fiducia habetur ad rem separatā.

¶ Duodecima domus est domus inimicorum laborum tristicie inuidie caliditatum fallaciarum susurrationum ingeniorum ⁊ bestiarū ⁊ significat vite finem: ⁊ q̄d̄ contingat matribus in conceptiōe sua et hoc vel malo. dns triplicitatis domus inimicorum. primus significat inimicos. secundus laborem. tertius bestias ⁊ pecora. ¶ Jtem duodecima dom⁹ significat iurgia mendacia potationes periuria meretices ⁊ personas abiectas ac lusores ⁊ ꝓstitutoꝝ ⁊ est hec in gñali significatio duodecim domorū celi q̄ variant omni istāti.

Argumentū q̄nti capl'i tertie dr̄ie.

¶ Capl'm q̄ntū versat in declaratiōe planetarū influētiū sup varios morbos ⁊ decognitione an morbi sint curables an nō

Sequitur declaratio planetarū ⁊ graduū celi influentium super varios morbos. ⁊ nota hic q̄ p̄ nihil tāgit de morbis illaꝝ a deo: de quib⁹ sacra scriptura saꝝ loquit. sed de morbis ꝓuenientibus cursu nature ⁊ influētia celi Sup istis infirmitatib⁹ naturalib⁹ est notādū q̄ aliq; infirmitates hūani corporis non semp durant ⁊ dolorē inferunt sicut ylica colica podagra cyragra gutta ⁊ sl'ia: aut semp durant ⁊ dolorem nō inferunt sicut cecitas surditas gibbositas membroꝝ mutilatio et similia: aut semp durant ⁊ dolorem inferūt sicut continua febris acuta ⁊ ꝙsimiles morbi. infirmitates que leuiter ꝑnt curari et in breui tpe mensurantur influentia lune vt febris acuta sed que diutius durant vt quartana mensurant motu solis licet minera proueniat a saturno: cura tamen et temp⁹ cure mensurat ab influentia solis. Ulterius cōsideradū est q̄ vnusquisq; planeta significat ꝓprias infirmitates sm ꝓpriam ꝓpriet̄ē ⁊ influētiā q̄ infirmitates sm signa ⁊ g̃. azemena lucidos vl' tenebrosos angulos succedē. vel cadē. augmentant durāt crescūt vel decrescunt.

¶ Unde saturni egritudines sunt ptisis catarr⁹ febris ethica splenetica ydropisis ventris solutio et grauiores morbi vt lepra maxime elephantia podagra cancer et similia. et que magis proueniunt ex frigiditate.

¶ Jupiter significat sanguinariā periplo. pleuresin apoplexiam spasmum cephalee litargiam cardiacam et generaliter oēs infirmitates que proueniunt ex abundātia sanguinis vel corruptionis ei⁹ vt sunt cynochus synocha ⁊ similes egritudies.

¶ Mars significat infirmitates epatis febres tertias cōtinuas epidimiā emigraneaz herisipilam quod est apud colericū aboꝛsus putredinem ⁊ omne quod ex caloꝛe nimio calorem ⁊ dolorem infert coleram maxime rubeam et infirmitates ꝓuenientes ex ea.

¶ Sol habet influentiaz supra fluxum reumatis descendē. ad oculos ⁊ superoꝛis lesionē ⁊ sup morbos siccos et calidos qui nō ꝓueniūt ab influctia martis.

¶ Uenus habet influentiam super morbos frigidos ⁊ humidos vt sunt apostema fistule humoꝛes supfluitates maxime circa genitalia ⁊ mulierum pudenda.

¶ Mercurius habet mēris perturbationem: maniam: muliam: epilentiam: precipitationem tussis et sputi abundantiam.

¶ Luna habet paralisim: vultus obliquitatem membroꝛum cōmotionem et que ex oplatione nerꝛuoꝛum proueniunt.

¶ Et nota quando domin⁹ ascēn. vel luna vel pars fortune fuerint in gradu azemena. vel tenebroꝛosis vl' putealibus significat infirmitates radicatas. In gradu lucido recentes: et peius significant in his grietis cancri scoꝛpionis capricorni et piscium ⁊ quandoq; in his signis significat lepram apostema pullulas scabiez impetiginem ⁊ serpiginem sm formas domoꝛum ⁊ graduum in quibus reperti fuerūt dns ascēn. luna ⁊ pars fortūe. Preter ista cōsideranda est luna in singulis signisiet fi'it luna in ariete cuz marte aut sole erit infirmitas in capite ⁊ dolebit ei pulsus capitis et febrem calidā patietur et anxietatē et vix loq̄tur: in pectoꝛe n'miū dolorē patiet ⁊ in pulmone ⁊ hēbit vehemēt. ei⁹ pulsū: expedit vt flebotomet̄ vena coꝛdiset vtatur cibarijs frigidis. q; periculū

est de freneſi: et ſm cõiunctionem lune ad malos vel ſm aſpectũ ad malos periculũ est de morte infra ſeptem dies. est eñ lũa cum bonis bona et fortunata. cum malis vero mala et infortunata maxime cũ marte in cremento lune ⁊ cũ ſaturno in decremento lune intellige qõ dictũ est.

¶ Viſo generaliter de planetis et gra. celi influentibus ſuper varios morbos videndum est in alia parte capli an morbi ſint curabiles vel non. et circa iſtã materiã primo requiratur prudentia iudicãtis: vt verbigrati lepra dicit infirmitas incurabilis: qz cum difficultate curatur ⁊ raro qz non omnis ſpecies lepre est curabilis per artem ſed alique ſpẽs tantum: et ſic de multis infirmitatibus ſuo modo loquendo: et iudicio cõmuni medicorum quorum interest prima determinatio preſentis locutionis: ſed veniendo ad ſpãlia et ad iudicia aſtrologorum multa ſuperius dicta in iſto capitulo ſunt conſiderãda: et ad ꝓpoſitũ qñ preſentatur aſtrologo iudicium an aliqua infirmitas ſit curabilis vel non.

¶ Circa hoc est notãdum qꝺ aſtrologus põt habere per duplicem viam principiũ ſue inquiſitionis aut per aggreſſum vel infirmitatis aut per queſtionẽ: vnde idẽ est iudiciũ aſtrologi ꝑ queſtionẽ ⁊ ꝑ aggreſſum infirmitatis: ſz verius per aggreſſum ſi ve hꝝ poſſit ⁊ vt pateat aliquãtulũ clare dabo tibi tale exemplũ anno flueñ dñi ieſu. i418. die. 24. auguſti cõpletis tribꝫ horis poſt meridiem diei mercurij cũ 12. gra. celi in fundamento tpis hora ſaturni clericus quidam vocatus ſohes morterij queſiuit pro quodã famulo fratris ſui infirmo ꝙd de fine infirmitatis ſue moꝛs vel cura. cuius celi figura incidit talis ſuper vienneñ. qſtionis hora. Nota tñ antea qꝺ duodecim gra. celi correſpondent in meſura tpis. 48. minu. hore dando eleuationi cuilibet gradui celi quattuor minu. hore ⁊ econuerſo. et nota etiã qꝺ. iꝯ. gra. celi capiũtur ꝑ vna hora in recipiendo aſcendens ita qꝺ hora diuidit in. iꝯ. partes ⁊ de illa hora fluxerũt. 12. ꝑtes hore ſcz. 12. ꝯ. et non reſtabant niſi tres ad cõplendum horã. Ita qꝺ fuiſſent q̃tuor hore et hore equales poſt meridiẽ. aſpexi hanc figurã celi que fuit hora queſtionis ⁊ dedi aſcendens et dominũ eius et lunam infirmo et vidi martem dominũ exaltationis aſcendens ad vnum gradum ꝑpe aſcendens ⁊ cum hoc aſpiciente partem fortune a q̃rto aſpectu eam infortunãtẽ. Primũ fuit ſufficiens iudicium mortis ſcz vicinatio martis iam prima ad gradũ aſcendentis ⁊ cũ ♂ mars erat ſub gradu. azemena. qꝺ est coadiutoꝛium quoddaz ad malum et aſpect⁹ quart⁹ ad partem fortune erat in uãs ad malum: qz infortunata rõne marꝛ Judicaui ex vicinatione mala martis nã qꝺ a ſufficienti cauſa licz alie due bene coꝛ operate fuerint eum moꝛiturũ infra dies naturalem: ⁊ cauſa est: qz primo ex parte temporis cõis erat tꝑs epidimiale: ⁊ iſta est cauſa minor ſed principalis aſtrologica: qz mars erat in ſigno mobili⁹ ⁊ aſcendens erat ſignum mobile ⁊ non diſtabat mars ab aſcẽdente niſi ꝓnũ gradũ. ⁊ coꝛrũpebat aſcendẽs ⁊ gra. aſcẽdẽtis rõe ſue vicinitatis: et aſcẽdẽs ſignificat vitã et principiũ rei ⁊ in oĩb⁹ reb⁹: ⁊ qz erat ſignũ mobile de ſignificatione tpis nõ dedi niſi diẽ naturalẽ qz ſi fuiſſet ſignũ ſtabile dediſſez ſeptimanã vel mẽſez qz ſignificatio ſignorũ mobiliũ velocꝛ est ⁊ fixoꝛ tarda cõmunis vero mediocris iuxta materiã reꝯitã ⁊ rerũ ſignificatiões. ex iſtis dictis iudicaui eum moꝛiturꝫ infra diẽ naturalẽ niſi eſſent adiutoꝛia influẽtie celeſtis ad oppoſitum moꝛtꝫ q̃ nõ vidi in figura. Rurſus ꝑſideraui lunã ⁊ locũ lũe ⁊ dñm lũe: vñ reperi lunã in gra. 9. geminoꝛũ ex parte ſitus ſtellarũ infortũãtã qz luna infortunat⁹ in geminis cõi infortunio: qz gemini facit. 12. a cãcro q̃ est dom⁹ lune. Ceterũ cõſideraui mercuriũ q̃ est dñs lũe eo qꝺ lũa est in geminis ſcilicet in domo mercurij et vidi mercurium infoꝛtunatum propter ſuam retrogradationem inter ſtationẽ primam ⁊ mediũ ſue retrogradationis: ⁊ quia aſſignauit aſcẽdenti ⁊ lune ſignificatoꝛes coꝛporis humani dñs aſcẽdentis ⁊ dñs lune qui ſignificatoꝛes ſunt ipſi⁹ aĩe ⁊ infirmitatum q̃ poſſunt accidere ipſi vtputa alienatio mẽꝛ ⁊ rõnis, mania multa ⁊ freneſ: ⁊ qz vidi mercuriũ infoꝛtunatum qz retrogradũ inter ſtationẽ primã ⁊ mediũ ſue retrogradatiõis vbi est peioꝛ ⁊ qz mercuri⁹ de ſua influentia habet iſtas infirmitates qñ est male influẽtie ⁊ in malo loco quia ĩ octaua domo ⁊ influẽtia ipſi⁹ mercurij ſic infoꝛtunati principaliter ⁊ martis ab alio latere qui infoꝛtunabat gradũ aſcendens ⁊ aſcendẽs de ſua natura ſignificat caput hoĩs iudicaui iſtũ infirmũ fieri freneticuz ratiõe male nature martis ⁊ hoc in breui tpe vt tactũ est: ⁊ ſic iudicaui ipſum moꝛiturum freneticũ ⁊ infra diem naturalẽ vt tactum est. Ceterũ conſideraui mercuriũ qui per motũ ſuũ retrogradum ſeparabatur a ſole appropinquando ſaturno tranſferendo lumen ⁊ naturã dñi domus moꝛtis ad ſaturnũ dominum aſcẽden. q̃ est domus vite ⁊ per talẽ tranſlationẽ luminis lz trãſlatio ſit debilis iudicaui eũ moꝛiturum dicit qꝺ est debilis tranſlatio duplici



de causa. primo qz fit p retrogradationez scdo qz trāslatio fortis ⁊ propria fit infra sex gra. qñ planeta leuior separatur ab aliquo planeta superiori ⁊ nō elongat ab eo vltra sex gra. ⁊ applicat alteri superiori et infra sex gra. ⁊ ista trāslatio luminis est propria ⁊ principalis cū vero planeta leuis separetur a superiore ⁊ est infra radios suos: ⁊ radij eoz cōmiscent adinuicem dicit luminis trāslatio cōis ꝫ non fit ad sex gra. siue p ꝯiunctionē corporalē siue p aspectū ⁊ hic in figura est translatio luis p cōiunctionē corporalē que ē fortior suo modo q̄ p aspectū. Preter dicta superi⁹ videduz est ad partes que faciunt ad ꝓpositum videlicet ad partē fortune que oīm partium fortissima est: inuenī partē fortune in hac figura in. 16. gra. libre aspiciente martem quarto aspectu p grad⁹ ꝟsiles. s. 16. capricorni. ⁊. 16. libre. ⁊ iuxta sententiā ptholo. in centiloquio verbo 9i. detestabilius in significatione egrotātis est vt sit significator interrogatiōis ingrediens sub radios vel vt sit pars fortune infortunata ⁊ vult commentū cuz pars fortune infortunata fuerit destruet vitā nec amittet actiones suas. qñ ipm egrotantem festinare faciet ad mortē. alie due partes q̄ sunt prima ps vite. scda pars mortis non multū faciunt hic nec in alijs figuris ad ꝓpositū vite vel mortis sicut pars fortune. Ceterū considerani domū octauā ⁊ planetas ibidē existentes: ⁊ qz sol repertus fuit in domo octaua q̄stionis hora vna cuz saturno dño dom⁹ ascēdentis ⁊ cū venere ⁊ mercurio retrogrado inter stationē primā ⁊ mediū sue retrogradatiōis iudicaui malū ifirmi ampliandū ⁊ festinandū. Viso iudicio mozꝰ ⁊ intimato eodē ipsi nuncio: qz ꝓpe astrologum erat infirm⁹. nūcius denunciauit amicis ⁊ magistro ipsi⁹ ifirmi. s. fratri suo vt puideret de ordinatione spūali ⁊ tēporali ipsius infirmi qđ factū est: ⁊ post duas horas a receptiōe. sacramētoz recepit infirmus frenesim sicq; secutū fuit in crastinum iouis mane circa octo horas post mediā noctem laborabat infirmus cum freneti interficere magistrū suū ⁊ aliquos alios: sed dño nolente fuerunt preseruati dono speciali: ⁊ post multa opa frenetici ⁊ alioz de dom o: eadez die iouis post decē horas a media nocte hora mercurij frenetica fuit derelict⁹ aliquantulū solus frenetica fuit derelict⁹ aliquantulū solus frenetis clausis ⁊ porta camere ⁊ subito frenetica cū fortitudine remouit postem anteriorem latrine cū esset iuuenis fortis et potens ⁊ capite submisso inferius se proiecit in latrinā vitam sic finiendo. Istud exemplū positū hic est claro modo declarando fundamēta vt p illud iudiciū multa alia iudicia possint fieri de morte vl'oe vita infirmoz habitis principijs aliqualr. Visa scda parte huius capituli i qua tractatum est de cognitione mortis vel vite exēplariter videndus est in tertia parte de tribus partib⁹ quib⁹ vtūtur astrologi specialiter in hac materia infirmitatū. ⁊ prio de parte fortune que nō solū materie egritudinum cōuenit: sed ⁊ simul materiebus iudicialibus ⁊ astrologicis ⁊ ad videduz quomodo debet pquiri ⁊ reperiri in alīq parte: ⁊ variat pars fortune omni instāti. Circa qđ est sciendū q̄ pars fortune que est principalioz omnium partium astrologoz pquiritur in celo isto modo. primo cōsideratur distātia que est inter solē ⁊ lunam ⁊ hoc tam de die q̄ de nocte sm sententiam ptholo. verbi gratia in exemplo posito sol fuit inuentus in decimo gradu virginis ⁊ luna in nono gradu geminoz: cōsidera distantiā que est inter solē ⁊ lunam p numerū graduū ⁊ signoz: ⁊ reperies. 20. gra. virginis post locū solis ⁊ reperies postea signū, libre scorpionis sagittarij capricorni aquarij piscium arietis ⁊ tauri: ⁊ hoc sm successionē signoz: zodiaci qz sic debet fieri computatio, interdum cōpleta est distantia que est inter solem et lunā: qz luna tunc erat in nono gradu geminoz: qui sunt addendi in distantia solis ⁊ lune: ⁊ ita habes octo signa integra enumerata inter solem ⁊ lunaz ⁊. 20. gra.

